

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

OLPHI PRÆCEPTA.

51

que temporis principium eligeret, & in eo distinguita circulidoca, suum sc. cuique Planetæ, assignare: temporis quidem identitatem Veteres pro arbitrio quisque suo elegerunt: me prima omnium in Astronomia cura exercuit, si possem identitatem principii circularis, cum id est temporis coniungere. Cum vero viderem, tale principium ultra omnem Mundi ætatem longissimis excursu- rum spaciis, dimissa hac inutili curâ, reliquorum Artificum, & in iis Tychonis Brahei potissimum, ad morem me composui; quod equidem in his Tabulis jure illius, ut primi authoris, sumo, secisse censeri debo. Exhibuit ille Epochas ☽ & ☿ Progymn. Tom. I. primum in Æra Inc. & formâ anni Julianâ veteri: Secundò, ad annorum centuriás quatuor, & ad unius annos singulos, cæterarum vicenos: tertio Meridianum iis præfixit insulae Huenæ in fredo Cimbrico, arcisq; in ea Uraniburgi; quartò horâ iis præstituit meridianam, quæ post annum Epochæ completem & exactum in meridie proxime finevit in Januarij sequitur.

Ornata quatuor capita in his Tabulis imitatus sunt. I. Annū n. Julianum veterem ab Inc. ærā

Epoche ad annos ab Inc. & Cal. Ian. Jul. Veteris. Præceptis à 63 in 69. Epocharum numerus. numeratū & ipse retinui; cæteras temporum ordinationes, ipsamq; adeò Gregorianā, Novi Cal. dictionem, quæ nunc est in usu, ad Julianam formam singulas reducere docui. III. Etsi potui ut in Fixarum Catalogo, Epochâ unicâ contentus esse: tamen Epochas motuum omnium exhibeo & ipse ad centenarios post Christū viginti & unum, ante Christum, decem: has præcedūt Epochæ ad millenarios solos, usq; ad annū 4000 ante Christum: qui modus est ætatis mundanæ apud plerofq; Chronographorū hodierniorum; assequiturq; situm aliquem Planetarum in suis Eccentricis, consentaneum initio motuum, nulli alii per plurima saecula deinceps comparandum. Spero autem, oneris hujus, paucularū linearum superfluarum, non pertulam iri calculatorem; si videbitur, se per eas magnâ aliquâ molestia calculi libertari. Ad annos vero singulos centenarii unius proximi, supervacuum erat Epochas exhibere seorsim; ne per diversa saecula major existeret calculi dissimilitudo; quod, ubicunq; potui, fugiendum

Epocharum Meridianus. Tantolentius retinui; quantò melioribꝫ Notis Præc. fol. 41. censui. III. Sed & Meridianum Uraniburgicum

48. 54. 60. 66. 72. 78. & 103. tantolentius retinui; quantò melioribꝫ Notis Præc. fol. 41. is supra mihi fuit commendatus. I V. Quod Horam attinet, ea similiter intelligitur meridiana æquabilis diei primæ Januarij, tam ante quam post Christum: hoc tamen cum discrimine, quod post Christum quidem ahni sumuntur verè completi, ut apud Tychonem, sic ut hic primus Januarij Meridies sit extra & ultra completū illum, assignatum in margine; ante Christum vero anni assignati marginis per hunc primum Januarii Meridiem jam trichoantur. Calculi tamen difficultas hinc oritur nulla. Hæc vero de illis tantum Epochis dicta sunt, quibus Hora nulla est apposita.

De Motuum medianorum Tabb. 42. SEQUITUR ut dicamus etiam de Tabulis motuum. Prius enim loca cursum suis assignabantur momentis, termini spaciiorum, terminis temporum: jam motus, id est circularum spacia confecta, suis assignantur tractibus temporum.

Tab. f. 43. 49. 55. 61. 67. 72. 79. & 104. Est autem in unoquolibet Planeta Tab. annorum 100 expansorum; pro eo quod Tycho totidem annorum nobis proximorum exhibuit Epochas singulares; quos sequuntur centenarij

decem, & Millenarii duodecim. In hac Tabula dissimilantur circuli exacti integri; poniturque Planetæ motus medius in principio annorum solutorum in quoque puncto circuli: in fine vero singulorum annorum, vel centuriarum vel milleniariorum exprimitur, quot signis, Gradibus, Scrupulis & secundis motus ille superaverit vel initium vel Revolutiones integras circuli, ab initio illo quoque inceptas.

Et quia tardiosum erat, figuram eandem in tardis motibus per omnes fere lineas revertentem ubique exprimere; meminerit igitur calculator, ubi loca figurarum planè vacant, intelligi figuram, quæ locum illum in linea proximè superiori plenâ implet.

Tabellas vero mensum duodecim anni Iuliani simplicis, & dierum 31 in mense longissimo, itemq; Horarum, Minutorum & Secundorum, adjunxi Epochis ipsis, in eadem facie.

Sed in Argumento Obliquitatis Eclipticæ, ob tarditatem motu, sufficere visus est latus per annos quaternos, omissis etiam mensibus & temporibus minutioribus.

Ergo si detur tempus posterius nostrâ Incarn. ærâ: sume Centenarium proximè antiquiorum dato anno currēte, ejusq; Epochas motuum ex eadem linea exscribe; deinde subjice completos annos supra centenarium illum excurrentes, motusque cum iis excerptos, Epochis membrum subscribe, tertio cu[m] mense completo & quartò cum diebus currentis mensis completis, idem facito; nisi ubi Februarius inter completos menses Bissextilis fuit; tunc utendum die currente, pro completo) quintò sexto, & septimo, id est cum Horis, minutis & secundis. Etsi præterquam ad Lunæ motuum collectionem, per Secunda non est opus excerpere. Si numerus Primorum vel Secundorum superaverit 31, sumantur ejus duas partes: ut pro 39, sumantur 19 & 20; pro 42, sumantur 21 bis; & mente contrahantur excerpta utriusque vicinis è lineis in unam summam, eaque subscribatur. In collectione motus Fixarum, item Apogæi & Apheliorum Nodorum, ne quidem ad dies usque, in Argumento Obliquitatis ne ad menses quidem multum solliciti esse debemus.

Linæ septem, vel quod om̄inid fuerit opus, primâ Epocharum, reliquis motuum, sic exscriptis, invicemq; decenter subordinatis, fiat collectio logistica omnium, semper pro 60''. si summa excreverit, uno scrupulo, pro 60 uno gradu, pro 30 vero uno signo numerato: à signorum vero numero rejectis 12, quoties id fieri potest: ut restet denique in summâ, quantum motus quilibet super integras Revolutiones à principio V confecerit.

Si vero detur tempus annorum ante Incarn. currentium: subtrahe illos sic currentes ab annis Epochæ proximè majoris & antiquioris: remanebunt anni completi: quorum motus exscripti ex tabula, vel annorum singulorum, vel etiam centeniariorum, si hoc usu veniat, subjiciendi sunt Numeris cum Epochâ illa antiquiore exscriptis: cætera ut prius.

Hic vero excipe loca Fixarum, demptâ primâ omnium: quarum Epochæ in Catalogo